

DE HALOSACHNE,  
& Adarce.

**H**alofachne à Græcis dicitur, ἅ-  
λος ἄγνη, quasi falis spuma, vt Mar-  
cellus vertit: quanquā & flos falis sic-  
cus ille, qui in salinis colligitur, leuior  
cādidiorq̄ alio sale, à Pīinio falis spu-  
ma dici videt̄, vt suprā annotauimus.  
est autem & ipsa ceu flos quidam siue  
falis siue maris, id est, marinæ falsæq̄  
aquæ ad saxa marina aspersæ & cōcre-  
tæ: è spuma præfertim maris, quæ suo  
lentore faciliùs adhæret: & saxis in li-  
tore ita herere videtur, vt salpetra vul-  
gò dicta humidis ac subterraneis pa-  
rietibus. Nec nomen solùm halosan-  
thi, sed facultates etiam conueniunt:  
quas sali easdem habent ambo. præ-  
stat tamen clarioris discriminis gra-  
tia hanc non alio quàm Græco nomi-  
ne halofachnē, halosanthos verò κατ'  
ἄρχην illum de quo diximus, liquidū  
scilicet falis florem appellare. Diosco-  
rides